



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 111. Sex armatorum millia ab Helvetiis Galliarum Regi denegata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI. ad conscribendos Germanos milites no-
 A.C. 1513. minaret Commissarios, qui non nisi ab
 Henrico dependerent. Idem quoque Rex
 sæpius repetito sermone objectabat pe-
 cuniarum summam, quam Cæsari eo fi-
 ne numerari permisisset, ut integro tri-
 mestri necessaria ei suppeditarentur, ac
 præcipue singulis diebus centum aurei
 in mensæ ipsius sumptum solverentur.

§. CXI.

*Sex armatorum millia ab Helvetiis
 Gallorum Regi denegata.*

Totus Anglorum exercitus, additis Cæ-
 sareis copiis, facile quinquaginta ar-
 matorum millia recensabat. Sub idem
 tempus Ludovicus Galliarum Rex Tri-
 mollium ad Helvetios ablegavit, ut ex
 eorum Pagis sex ejusdem nationis millia
 conscribi peteret, facta pollicitatione, eos
 extra regni fines nunquam in aciem edu-
 cendos fore. Ergo Trimollius Lucernam,
 ubi Helvetii sua agebant comitia, con-
 tendit, omnesque eloquentiæ suæ fon-
 tes exhaustit, ut hanc nationem ad sup-
 peditandas hæc militum suppetias in-
 duceret,

imperio bellum administrabat, quod belli sciens,
 & locorum gnarus esset. Quæ autem causa
 ad tam indignam calumniam bilem moverit,
 patet ex §. CXIV.

duceret, hancque ob rem in amicos, quos Sæcul. XVI.
A.C. 1512.
ibidem numerabat, dona profusa manu effudit: nihilominus Helvetii a Novar-
rensis prælii tempore Gallos adeo nihili faciebant, ut eis in omnibus repulsam darent, nec Trimollius omni, qua polebat, auctoritate plus impetrare poterat, nisi ut Helvetii, priusquam illa sex armatorum millia conduci permitterent, eidem binas præscriberent conditiones: quarum prima erat, ut Franciæ Rex cunctis suis juribus in Ducatum Mediolanensem rite ac valide renunciaret. II. Cum summo Pontifice ea lege, quam Sanctitati suæ præscribere libuerit, in gratiam rediret. Incassum Trimollius ejusmodi leges nonnisi hostibus ad internecionem deletis imponi posse replicabat; sed furdas ubique pulsabat aures, utque verbis parcerent Helvetii, Trimollio album commonstrant, in quo viginti quinque suorum millia erant descripta, proxime per Burgundiam in Gallias irruptura, dum interea Germani per Campaniam, & Angli per Picardiam idem regnum infestis armis invaderent.

§. CXII.

*Galli Teruancæ urbi suppetias
veniunt.*

Hac repulsa Ludovicus Galliarum Rex
M m 4 ad